



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

12 Locans res ecclesiae, quando incurrit excommunicationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 10.

Si duobus existentibus curatis in eadem ecclesia, & habentibus prædia, & fructus, & oblationes, & emolumenta obuenientia indiuisa, alter alteri, & de consensu episcopi ad vitium locati prædia ecclesie; nec excommunicationem contra Simoniacos latam, cum hic nulla committitur simonia, nec etiam contra alienantes res ecclesie & contra recipientes illas male alienatas latam. extra g. 1. de reb. eccl. non alien. in curru: maxime si consensus episcopi accedat, & consuetudo in episcopatu, & Regno sit, ubi ecclesia sita est, ut res ecclesie ad longum tempus locari, & accipi solent, ex Nau. in Man. c. 27. nn. 149.

DECISIO V.

Ex cons. 6. & 7. alias 6. & 7.

Abbas sine consensu conventus, & sui Generalis arborum fructiferas, & non fructiferas sciendo, & vendendo peccat, & excommunicationem contra male alienantes res ecclesiasticas latam Clem. 1. de reb. eccl. non alien. in curru, cum paria sint alienare res pretiosas mobiles, & immobiles alienare; Panor. in c. nulli. de reb. eccl. non alien. secus autem si tantum arbores opacas locorum sui Monasterij pro vberiori fructuum collectione cedat, præsertim si arborum abscliam præna in commodum, & vtilitatem Monasterij conuertat, tunc enim neque peccat, neque in penam aliquam incidit, etiam si sine consensu conventus id faciat, eo quod hoc non est re immobilem, neque mobilem pretiosam, quæ seruando seruari potest, alienare, nec bona Monasterij deteriorare, sed meliora reddere; quandoquidem sæpe nimia arborum denudatio nocere solet arboribus, & fructibus ab eis ferendis; Et iura prohibentia rerum alienationem intelliguntur de rebus immobilibus, & mobilibus pretiosis, quæ seruando seruari possunt. Panor. in d. c. nulli, & in c. sine except. 12. q. 2.

DECISIO VI.

Ex cons. 8. alias 2. de præscript.

Possidens bona fide per aliquot annos Capellaniam factam de perpetua manuali, siue ad nuntium amovibile auctoritate ordinarij, credens bona fide eam iusse in Manuali redacta, quæ tamen declaratur postea male fuisse in Manuali redacta, nec peccat, nec fructus perceptos restituere tenetur; quia cum Ordinarius ex iusta causa cum consensu patroni, & alijs necessarijs interuenientibus beneficia perpetua, Manualia reddere, & extinguere possit, credens bona fide episcopum non errat, & rem auctoritate eius bona fide possidens, fructus rei suos facit; iusta enim credulitas iurati ex errore facti, aut iuris, bona fides, ff. de acq. rer. dom. & Fel. in c. de quarta de præscript. etiam non obsecuti descendens, licet non possit ad vtilitatem, & præscribendam rem ipsam, ex qua queruntur fructus, prodest tamen ad querendos fructus ex ipsa, bona fide perceptos, sed est scire, ff. de pet. hz. red. D. in c. possessor. de reg. iur. in 6. immo ad querendos fructus sufficit, ut mala fides ab sit, quamvis bona fides possit non ad sit. Fel. in vbi sup. Barol. in d. s. q. e.

DECISIO VII.

Ex cons. 9. in vtriusque.

Divisio bono um Monasterij facta per Abbatem, & conventum solos, sine particulari auctoritate Papæ valet, cap. edoceri, de ref. & Panor. & Fel. ibi, & confirmatio Papæ accedens non efficit, ut Dionysio facta sit valida, sed tantum ut ab eodem Abbate, vel a successore eius pro libito reuocari non possit, qui factam per se solum, & suum conventum, reuocare pro libito poterit, antequam Papa confirmaret.

DECISIO VIII.

Ex cons. 16. alias 5.

Abbas exemptus licet iurisdictionem habeat quasi Episcopalem gl. recep. in Clem. 1. ver. p. prij, de re-

bus eccl. non alienan. & alienatio rei Cathedralis ab Episcopo de consensu Capituli facta valet, cap. sine except. 12. q. 2. & Panor. in c. 1. de his. quæ sunt a prælat. alienatio tamen rei eccl. sita extra Episcopatum ubi Abbacia sita est, ab Abbate exempto de contentu capituli etiam in casu a iure permisso facta, sine auctoritate Papæ, aut prius iure superioris, cui immediate subiicitur, inuvalida est; Panor. in c. 1. vbi sup. Car. in clem. 1. vbi sup. q. 4. 35. & 37. per superiores tamen eius, & episcopum, in cuius ditione res alienata sita est, ratificari potest, ex Panor. & Car. vbi sup. & DD. in c. Nulli de reo. eccl. non alien. & in c. sine except. 12. q. 2.

DECISIO IX.

Ex cons. 11. in Nouis, deest antiquis.

Contractum venditionis, vel permutationis circa ecclesiasticas, sub conditione, Si Papa placuerit, faciès, censuram antiquam non incurrit, si ante beneplacitum Papæ obtentum, ad venditionem rei vendita, aut rei permutata traditionem non procedat.

DECISIO X.

Ex cons. 13. in Nouis, deest in antiquis.

Cum per vnionem vnus beneficij ad alterum, beneficij vnus status, & conditio non mutetur, sed antiqua præu. legia, & exemptio nem etiam post vnionem retinet; consequenter ecclesia exempta non exempta vnita priuilegium exemptonis retinet; sed & dignitas prima ecclesie post Pontificalem auctoritatem Papæ mente capitulari vnita, ita ut capitulum illius possessionem apprehendat, perpetuoque retineat, & que inferuire faciat non ideo suppressa censetur: vnde quamuis dignitas illa vacare designat, non tamen operatur, & secunda eiusdem ecclesie dignitas incipiat esse prima per regulam Cancellariæ sedis Apostolicæ reseruata.

DECISIO XI.

Ex cons. 17. in Nouis, deest in antiquis.

Emphyteuticus prædij ecclesiasticis dirutis ad ciuitatem munitendam, census annuus, qui in recompensam assignatur, non directo domino, sed ipsi emphyteutæ soluendus venit, qui solitam recognitionem Ecclesie Domine directæ soluet.

DECISIO XII.

Ex cons. 19. in Nouis, deest in antiquis.

Quamuis beneficiarius rei ecclesie sit extra casum iuris expressos locans, ipso iure excommunicatus sit, extra g. 1. de reb. eccl. non alien. & beneficiarius regularis locans aliquid de rebus suorum beneficiorum ad longum tempus ab officio suspensus sit, Clem. 1. de reb. eccl. non alien. qui tamen bona fide id faceret, & maxime in ecclesie suæ vtilitatem, poenitentia præfata, quæ in solum præsumentes feruntur, non incurrit; siquidem poenitentia imposta contra præsumentem alicui facere, ab eo, qui abiq. dolo, vel contemptu illud facit, incurri non videtur ex Car. in clem. 1. q. 19. de priuileg.

TITVLVS IX.

De Deposito.

S V M M A R I V M.

- 1 Deposito pecunie cum pacto, ut depositarius aliquid soluendo ea vti possit, usuraria est.
- 2 Restituere tenetur, qui aliquid accipit ab exaltore, pro facultate vti pecunia exacta vsq; ad diem solutionis.
- 3 Depositum rei in pondere, numero, vel mensura consistens cum facultate ea vti non fit mutuum.
- 4 Deponens nihil a depositario exigere potest.
- 5 Contractus omnis cum ecclesia, si sit ei vtilis, iniri potest.

E D E